

Peter Polmann


**Hymenaei Auspicatissimis Nuptiarum Solennitatibus ... Viri, Dn. Johannis Samuelis Heisterman de Zielberg ... Sponsi, Nec non Nobilissimae, lectissimae & pudicissimae Virginis Mariae Elisabethae, ... Viri Dn. Johannis Adolphi Kielman, ... Domini sui gratiosi Filiae, Sponsae, Humilis gratulationis, Honoris & devotionis ergo submisso oblato & consecrati**

Schlesvici, 1652

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766336093>

Druck Freier  Zugang







UNIA  
DEN

1843 21 Kuffen


Ac-12<sup>1-12.</sup>  
1-51 <R>









116









H Y M E N Æ I

Auspiciatissimis Nuptiarum Solennitatibus  
NOBILISSIMI, MAGNIFICI, ET EXCELLENTISSIMI  
VIRI,

DN. JOHANNIS  
SAMUELIS HEISTERMAN

de ZEEBEG

Serenissimi Principis Holsatiæ Consilarii aulici, & Provin-  
ciæ Eiderostadenfis Præfidis & Stalleri,  
Domini Patroni submissè colendi,

SPONSI,

NEC NON

Nobilissimæ, lectissimæ & pudicissimæ VIRGINIS

MARIÆ ELISABETHÆ,

Admodum Reverendi, Nobilissimi, Magnifici & Excellentissimi  
VIRI

DN. JOHANNIS ADOLPHI KIELMAN,

Jcti Serenissimi Cimbricorum Ducis Cancellarii, Comitis Pa-  
latini, Sacri Romani Imperii Exempti, & Canonatus Hamburgensis  
Præpositi & Prælati, Domini sui gratiosi FILLIÆ,

SPONSÆ,

Humilis gratulationis, Honoris & devotionis ergo  
submissè oblata & consecrata,

à PETRO POLMANNO Slesvicensi, & Diaconò  
Ecclesiæ Croppensis.



SCHLESVICI, Anno DOMINI M DC LII.



Ut celer ætherias, Titan consendis ad arces,  
Cur volucres citiùs, Cinthie jungis equos?  
Non opus est, radios immittere cœlitus orbi,  
Non opus est terræ lumine, Phœbe, tuo:  
Te Puer Idalius, te gens pharetrata Diones.  
Invocat, & precibus te retinere cupit.

Veloces inhihe currus, concede quietem  
Longius, & Veneris sis memorantè Deæ,  
Sis memor, & veteres animo meditare furores  
Sis memor & Daphnes, splendide Phœbe, tua,  
Aspice, quàm tristes Thetys fustollit ocellos,  
Flectere quàm variâ te ratione cupit:  
Ah quoties dixit, tepidum ne linque cubile,  
Ah quoties dixit, Phœbe, maneto domi!  
Mens immota tamen, mens nullis pervia votis  
Mansit, & igniferos jungere iussit equos.  
Si pietas thalami valuit, si vota precesq;  
Conjugis ardentes non retinere rotas,  
At rapidam Pueri discas vitare pharetram,  
Formosæ discas arma cavere Deæ;  
Namque tuo quamvis homines sine numine vitam  
Non habeant, quamvis te sine terra ruat;  
Nunc tamen atratas roseâ pro luce tenebras  
Eligit, & radiis terra carere tuis:  
Miraris? Cytheræa suas incendere tædas  
Cœpit, & igniferas vibrat ab axe faces,  
Uritur hinc SPONSUS, nec dissimulabis amores,  
Et magis in flammâ itq; reditq; suas,  
Jam thalami lociam, & dulces meditatur amores,  
Jam memori versat gaudia corde tori,  
Quoq; magis retinet, tantò magis auget amores,  
Conspectosq; simul sæpè videre cupit:  
Et tandem jungamus, ait, mea SPONSA furores,  
Incedis thalamum VIRGO pudica meum.  
Hinc resonat plausu Eiderostadia terra secundo,  
Vix quoque gratantùm vota benigna capit.  
Ardua Parnalsi conscendit culmina vulgus,  
Et gaudet Nuptis munera ferre novis;

Car.


Carmina panguntur, magnoq; volumine versus,  
 Qualia vix ingens Bibliotheca capit;  
 Si natura negat, facit indignatio versum,  
 Hoc docuit Vates Phœbus Appollo suos.  
 Ast ego, ni rigidâ torperent membra senectâ,  
 Cederet & membris, qui fuit antè, vigor,  
 Castalios latices, & flumina montis adirem,  
 Carmina sic fluerent non inimica mihi;  
 Sed periit jam vena seni, viresq; priores,  
 Paulatim calidi pectoris ardor abit.  
 Est, ubi vel facili manabant carmina venâ,  
 Cum molles Elegos me cecinisse scio;  
 Voce strepam nitidos anser tamen inter olores,  
 Et pia pro longo carmine vota feram.  
 Vos igitur, SPONSI, queis tot bona destinat Æther,  
 Crescite, quos stabili fœdere junxit Amor,  
 Inclyta progenies, generoso stemmate natum  
 Semen, & ætherio gens adamata Polo,  
 Jungite concordæ æterna in fœdera dextras,  
 Quicquid & ulterius Cinxia Diva jubet.  
 Circumstant thalamum Pax & Concordia vestrum,  
 Hæc dextrum, lævum munit illa latus.  
 Nec tamen interea deerunt, quoque prælia vobis,  
 Qualia sincerus ritè secundat Hymen:  
 Inclyta Magnanimo procedet semine proles,  
 Quàm mundi moles jam peritura cupit.  
 Quæ ferat antiquam faciem, quæ secla reducat  
 Aurea, quæ mitem reddat ab arce Deum.  
 Hanc nostro Sobolem fervarunt Sidera seclo,  
 Hanc cessit tandem regia celsa Poli.  
 Interea incepti stadium decurrite amoris,  
 Et date felici cæbasa plena toro.


#### Aliud de Voto Nuptiali.

**I**N Patris ac nati simul atq; in flaminis almi  
 Nomine, dico pias mente fideq; preces.  
 Casto has dico preces SPONSO, SPONSÆq; pudicæ,  
 Quorum corda fides intemerata ligat.  
 Numine jam fausto castis, Pater optime, ceptis  
 Annue, qui sancis fœdera sancta tori.

Tu,

Tu, pie Christe, novis jam nunc benedicito SPONSIS,  
 Ex animo ut celebrent nomen ubiq; tuum.  
 Tu quoq; qui mentes divino accendis amore  
 Pectoribus castis, Spiritus alme, fave.  
 Mollia da SPONSO longava tempora vitæ,  
 Ut queat innumeris utilis esse viris.  
 Invida nec noceant Parcarum numina SPONSÆ,  
 Vita sed ut vitæ sit diuturna suæ.  
 Lætaq; da focii videant ut pignora lecti,  
 Quæ nova sunt charis gaudia conjugibus.  
 Sic sancti augebant populi, Pater optime, sic sint  
 Participes vitæ, quæ sine fine manet.  
 Sed quorsum in longum pergo persolvere vota?  
 Agmine quid nexo conveniente moras?  
 Sponsus consilii veneranda senacula scandit.  
 Atq; inter reliquos splendidus ingreditur.  
 Addit se comitem populi flos atque medulla  
 Atq; sonora tuba & tympana rauca sonant.  
 Hos sequitur cum Matronis mox SPONSA pudicis  
 Ut jungant nostris debita vota sua.  
 Hic firmis SPONSUM præfatus magna sacerdos  
 Copulat & SPONSAM legibus usq; piam.  
 Curia post solito cum more relinquitur ampla,  
 Jam thalamum SPONSÆ bella puella subit.  
 Hinc certo à certis mox commendatur amicis  
 SPONSO, qui tanto munere lætus adest.  
 Et reliqui astantes SPONSO pia vota precantur,  
 Ut capiat liciti gaudia magna tori.  
 Ergo torum pie SPONSÆ pia conscendito mente,  
 Annuet & vultu Sol tibi justiciæ.  
 Tendat ad hunc pedibus lectum tibi SPONSA tenellis  
 Tradita, & exultent pectora amore tua.







ferunt ex optatis nati! Et quid de filiabus Tuis dicam,  
tui & seculi ornamentis? quæ & ipsæ nobilissimas familias, ge-  
næ sanguine, in novas inclytasq; stirpes succrescente, illustrant? In-  
prima, MARIA ELISABETHA (quæ lux & gloria fœmina-  
generoso Dno JOHANNI SAMUELI HEISTERMANNO  
LBERG collocata. HEISTERMANNUM autem cum dico,  
ntum aliquod exemplum in omni cultu civili ac habitu perfecti  
co. Ita enim in eum, & morum concinna Suavitas, & rerum  
darum cum variâ eruditione peritia, atq; eximius planè animi  
or confluerunt, ut quâ parte horum magis mereatur æstimari,  
le oppidò sit decernere. Ego certè ab ipsis planè Gratiis elabora-  
sse virum judico. MARIE ELISABETHÆ natu proxima  
A MARGARETA, è celebratissimâ BROCKTORFIORUM  
A MARQUARDO WOLFGANGO, heroi strenuo nupta.  
citas est SOPHIÆ AUGUSTÆ, natu in hâc pul-  
minimæ, quæ WOLFGANGO BUCHWALDIO,  
pis generosissimæ propagini sociata, extendere in se-  
m profapiam, & novas ac eminentiores in eam virtu-  
promittit. Sunt hæc profectò bona omnia tanta, ut  
n commemorationem oratio mihi vix suppetat, de-  
atq; succubitura, si pro dignitate singula exornare in-  
n esset. Retribuit DEUS pietati Tuæ, Excellen-  
, quando inter medios fragores bellicos, inter alter-  
mirabiles & periculosissimas vices, inter invidorum,  
lorum insidias, odia, crudelissimasq; minas, Te ani-  
fractum, integrâ gloriâ, florente famâ, constante  
erum ac populi favore, dignitatibus salvis & insuper  
vit, servavit, munivit, atq; ita evexit, ut vix amplius  
is divina illa faventia potuisset adstruere. Tu intereà,  
Domine, inter tot ac tanta Tibi propria decora atq;  
hil abis à pristinâ tuâ humanitate, & verecundiâ ac  
â modestiâ. Quæ maximus Princeps, quæ Patria, quæ  
Atlantæis tuis pro communi egregio exhaustis labori-  
pendere, & promptissimâ manu Tibi tuisq; offert  
i non nisi trepidè atq; cunctanter, hæsitans ac multum  
i, ut modestissimi solent, admittis. Quæ res profectò  
m in ejusmodi admirationem rapit, ut agnoscere pa-  
inter omnes divini animi tui dotes, omnia decora,  
se maximum, quod publico natus factusq; bono  
edicari malis. Sunt omnia, quæ hæctenus de Te  
mihi

